



**VRBIS HIEROSOLY-//m[a]e, Templiq[ue] in ea origo, &
ho//rum rursus excidium, profana-//tio, aliaeq[ue] uariae
fortuna**

Langen, Rudolf von

Coloniae, Jan. 1517

VD16 L 341

Catalogus regum Persa[rum], ab hoc te[m]pore, ad magnum usq[ue]
Alexandrum, & quomodo ultimi Artaxersis Vagosus præfectus templum
uiolenter ingressus, tributis ite[rum] Iudæos subijciens, cum duo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71344)

taxerse Iosephus Hester historiam factam fuisse con-
tendit. Sed Eusebius & Hieronymus negant. Aiunt ^{Eusebius}
enim de his Esdras scriptorem diligentissimū nunq̄ ^{Hierony.}
fuisse, q̄ omnia in populo Dei temporis illius gesta,
fidelissime prosequutus est.

¶ Catalogus regum Persarū, ab hoc tēpore, ad ma-
gnū usq̄ Alexandrū, & quomodo ultimi Artaxer-
sis Vagosus præfectus templum uiolenter ingressus,
tributis itē ludæos subiiciens, cum duo fratres in tē-
plo, unus pontifex, alter alterum occidisset.



¶ Capitulum. III.

Reparata Hierosolymorū urbe, templo
q̄ constructo, ad profanationem quæ
sub Antiocho rege facta est propere-
mus. Ad quam sane non incongrue,
per enumerationem regum Persarū ad magnū Ale-
xandrū, qui Persarū imperio deletō, regnum tradidit
in Græcos, Post quem & Syriæ reges, ad Antio-
chū usq̄ Epiphānem quam breuissime digere-
mus. Artaxerxi igit̄ de quo diximus, Sogdianus septem mē-
sium regno succedit. Post quē Darius annis. x. & .ix.
Hunc Artaxerxes ille sequitur, quē sacra historia A sue-
rum appellat, annis quadraginta. Sub hoc aiunt histo-
riam quæ in Hester libro continetur expletam, hunc
& alius Artaxerxes sequitur, cognomento Ochus, an-
nis sex & uiginti. Huius autem præfectus Vagosus a
rege ad om̄es trans flumen gentes missus. Templum
hostili & uiolēto ingredit̄ anio, hinc sumpta occasiōe

Erat in Hierosolymis summus sacerdos Ioannes nomi-
 ne, Iudæ patri in sacerdotio succedens. Huic frater Ie-
 sus nomine fuit, ad pontificatum anhelans, & idcirco
 Vagosus plurima sese familiaritate insinuauerat. A deo
 ut ei Vagosus summum polliceretur sacerdotium. Qua-
 re Iesus ipse confusus, altricatus cum Ioanne pontifice
 & fratre in templo, eousque eum commouit iurgijs, ut
 eum templi reuerentia & religione neglectis, interfi-
 ceret, tantum non ueritus in sacro loco committere
 nefas. Vnde offensus grauius deus, populum iterum
 seruituti subiecit, & tributis. (a quibus Zorobabel, Es-
 dra, & Neemia, fuerant interuentu liberati) templum
 quod passus est per gentes profanari. Comperto igitur hoc
 scelere, Vagosus ad templum contendit, & cum ab in-
 gressu prohiberetur, indignans ait. Ausi estis in tem-
 plo homicidium committere, ego cadauere occisi in tem-
 plo mundior sum, his dictis templum ingressus septem
 annorum multa Iudæos puniens, Iesu mortem ulciscer-
 batur. Et hæc prima huius templi profanatio, post eius
 instauratiõem fuit, huius autem Artaxerxis Ochi Ar-
 ses filius quatuor annis Persis regnauit, hinc filius eius
 Darius sex annis apud Persas regnans, sexto eius re-
 gni anno, ab Alexandro uictus occiditur.

¶ De magno impetu uictoriæ Alexandri, eiusque
 minis aduersus Hierosolymam. Et quomodo summus
 Pontificis mitigatus occursum, Pontificem uenerans, pla-
 cide urbem ingressus, in templo uictimas offert. Et de
 extructo in monte Garazim templo.